



**R. P. Ildephonsi Peñafiel E' Societate Jesu, Quondam In
Cusquensi Collegio Sacrae Theologiae Primarij
Antecessoris ... Theologia Scholastica Naturalis**

Peñafiel, Alonso

Lugduni, M.DC.LXXIIX.

Subsect. 1. Ampliùs confirmantur dicta ex aliis verbis ejusdem D. Pauli & contextu ipso & versionibus circa illum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95871](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95871)

140 Disputatio XVII. De Deo opt. Max.

vlla contronerfia docet tanquam ratum, & firmum D. Paulum noſtram veritatem aperte docuiſe. Quibus maxime conſonat D. Hylarius *lib. 1. de Trinit. ſerme in principio*, ibi [de magnitudine operum, & pulchritudine creaturarum conſequenter generationum conditor inſpicitur, magnorum creator in maximis eſt, & pulcherrimorum conditor in pulcherrimis eſt, & cum ſenſum ipſum ſupergrediatur operatio, omnem tamen ſenſum longe necelle eſt, excedat operator pulchrum itaque cœlum, aer, vel æther, terra, maria, & vniuerſitas omnis eſt, quæ exornatu ſuo, vt etiam Græcis placet, digne *κικμ*, id eſt mundus nuncupari videtur; ſed ſi hanc rerum ipſam pulchritudinem ita ſenſus naturali meretur inſtitutum, vt etiam in quatuordecim pecudum ac volu-
crum accidit ſpecie, vt dum infra ſententiam ſermo eſt ſenſus tamen idipſum intelligens non elo-
quatur; quod tamen rurſum dum ſermo omnis ex ſenſu eſt, ſenſus ipſe tibi loquatur intelligens, nonne huius ipſius pulchritudinis Dominum, necelle eſt totius pulchritudinis eſſe pulcherrimum intelligi, atteſtante Paulo inuiſibilia Dei per viſibilia creata manifeſte cognosce? vt cum æterni ornatus ſui ſpecies ſenſum intelligentiæ omnis effugiat, opinionem tamen intelligentiæ ſenſus non relinquit ornatus, atque ita pulcherrimus Deus eſt intelligendus, & conſtitutus, vt neque intra ſententiam ſit intelligendi, neque extra intelligentiam ſentiendi.] Sic ille, vbi docet, omnem opinionem oppoſitam excludi, dum per creaturas ad Deum cognoscendum accedimus, quia euidentia & exiſtentia Dei, quæ acquiritur per effectus creatos non relinquit intellectum opinatiue cognoscendam, ac proinde dubium, ſed potius determinat, cogit, ac neceſſitat mentem ex vi ſuæ claritatis, & perſpicuitatis ſine indiſcretiæ ad oppoſitum, ad adſerendum Deum exiſtere, qui talia effecta in lucem edidit; hoc enim ſonant illa verba [nonne huius ipſius pulchritudinis Dominum necelle eſt, & cætera vſque ad illa, intelligentiam ſentiendi.] Quod omne docet ſecundum ſententiam Pauli, quam pro ſe allegat illis verbis, atteſtante Paulo, &c.

14 Nec minus pulchre, aut belle idem Hylarius ad *Pſalm. 65. verſ. 3.* ibi [quis non trepidet ad maiſtatem eius, qui ſæcula inſtituerit, mundum condiderit, tempora reuolubili viciffitudine curſuque diſenſus ſit, cœlum aſtris ornauerit, terram fluctibus repleuerit, mare obicibus concluſerit, hominem, vt his aut vteretur, aut dominaretur, elegerit, quibus tanquam linguis ſe hominibus manifeſtauerit;] vnde Auguſtinus, *Pſalm. 84. verſ. 8.* [ergo ſi nobis (inquit) promiſit oſtendere ſe nobis, qualis eſt pulchritudo eius? fratres cogitate hæc omnia, quæ videtis pulchra, quæ amatis iucunda, quæ diligitis vtilia ipſe fecit; ſi hæc pulchra ſunt, quid eſt ipſe? ſi hæc magna ſunt, quantus eſt ipſe: ergo ex iſtis, quæ hic amamus, illum magis deſideremus, & contentemur iſta illum diligamus.]

15 Maior ſyllogiſmi poſiti §. Declaratur hoc amplius, patet ex verbis Concilij Tridentini, *Seſſ. 4. decreto de canonicis ſcripturis, & præcipue decreto de editione, & vſu ſacrorum librorum, §. Præterea*, ibi; [ad coëctenda petulantia ingenia decernit, vt nemo ſuæ prudentiæ innixus in rebus fidei, & morum ad ædificationem doctrinæ Chriſtianæ pertinentium ſacram Scripturam ad ſuos ſenſus contorquens contra eum ſenſum quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione Scri-

pturarum ſanctarum; aut etiam contra vniuerſalem conſenſum Patrum ipſam Scripturam ſacram interpretari audeat: etiamſi huiusmodi interpretationes nullo vnquam tempore in lucem edendæ forent, qui contrauenerint per Ordinarios declarentur, & pœnis à iure ſtatutis puniantur.] Sic Tridentinum, cui decreto conſonat Synodus in *Trul. cap. 9.* quam putant Conſtan. 6. Item *caput, Exit, circa finem, de verborum ſignific. in 6. lib. 5. præterea, cap. hæreſis, & cap. Adam, in fine 24. q. 3. & ſeſſ. 13. eiusdem Trid. Concilij, cap. 1.*

SVBSECTIO II.

Amplius confirmantur dicta ex aliis verbis eiusdem D. Pauli, & contextu ipſo, & verſionibus circa illum.

Illa enim verba manifeſtum eſt in illis, Syrus 16
vertit כִּי אֵין מִי כִּי אֵין מִי, quod Latino idiomate ſonat. *Diſtine delaha Galta bibe-
hum*; id eſt cognitio Dei clare demonstratiue, & euidenter patefacta eſt in ipſis: quid clarius ad omnium aduerſariorum eluſionum tenebras fugandas poterat in medium proferri, vbi tot vocabulorum rigorofam euidentiam ſignificantium multiplicatione additum pœnitens occidit, ſubterfugiis à contrariis excogitatis, ne puritatis noſtræ veritatis ſplendor aliqua ex parte obnubilaretur. Quod amplius confirmatur ex illis verbis intellecta conſpiciuntur: quæ Syrus vertit בסורא Latine *Besachala*, id eſt intellectum conſpiciuntur, & videntur, quæ oculis corporis ſunt inuiſibilia; tanta claritate, ac Solem ipſi oculi Lunam, & ſtellam videre pulchra paronomalia idipſum inſinuant Græca, habent enim *τα ἀφανήματα*, id eſt inuiſibilia clare, & aperte videntur; ſcilicet per creaturas quæ ſi *διὰ τὰς κτίσεις*, id eſt per ſpeculum limpidum, ſudum, purum, ac putum: ergo de mente D. Pauli non poſſet dubitari.

Sed demus, ea non eſſe tam clara ad noſtrum 17
intentum patefaciendum, quæ ſequuntur ſufficerent, vt maxima victoria ab aduerſariis reportaretur; nam poſtquam dixit Paulus, inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur; concludit, [ita ſint inexcusabiles,] Quibus indubitanter docet Apoſtolus, tam euidentem fuiſſe cognitionem, vt nullam excuſationem habeant de cultu, & adoratione ipſius; nam ſi inexcusabiles fuerunt Philoſophi, vt ait Paulus: ergo certa, euidenti, & indubitata ratione Deum cognouerunt, non enim aliter proſus inexcusabiles fuiſſent; poſſiſſent namque ſeipſos excuſare, ac dicere; propterea ſe non eſſe auſos diuini cultu, & honore Deum venerari, quod ipſum eſſe verum Deum nequaquam explorare percepit, liquidoque cognitum habuiſſent. Pater autem Vaſquez ad hoc argumentum reſpondet his verbis, vbi ſupra; ad hoc enim vt non poſſent excuſari, ſatis eſt, ſi probabiliffimam quandam, & prudentem notitiam habere poſſiſſent; ſic enim habent habentes notitiam Deum verum colere debebant: ex eo ergo gentes excuſari non poſſunt, quod rationibus probabilibus apud prudentes non acquieuerunt.

Sed contra manifeſte, quia ipſe P. Vaſquez 18
tom. 1. in 1. 2. diſputat. 6. 2. docet, poſſe aliquem relicta opinione probabili magis tuta, ſequi opinionem oppoſitam ratione probabilitatis, quam habet;

Quaest. I. Vtrum dem. poss. euidenti, &c. 141

habet; verba P. Vasquez, cap. 5. num. 26. & quare, sic se habent: [quare ego quidem existimo posse aliquem recte operari cum assensu tantum probabili, etiam si habeat formidinem oppositæ partis, non solum si formidinem habeat simul cum iudicio vniuersali, sed etiam si eam habeat simul cum iudicio singulari, nec tantum formidinem habeat per extrinseca principia rei, sed etiam per extrinseca.] Et cap. 7. num. 39. hæc habet: [Mihi igitur probatur maxime sententia Angeli, verbo (confessio) 4. n. 2. & Nauarri in summa, cap. 26. num. 4. & in cap. si quis de penitent. d. 7. num. 66. & sequentibus, & Soti in 4. dist. 18. quaest. 2. art. 5. ad 5. in fine art. qui absque vlla distinctione absolute pronuntiant, quemlibet Confessarium, siue proprium, siue ex commissione contra propriam opinionem posse concedere beneficium absolutionis penitenti, quem scit sequi opinionem probabilem minus tutam, siue illa sit in damnum alterius, siue non: &c.] quæ doctrina communis est inter Doctores, & minimum hoc certissimum est, nullo modo posse reprehendi eum, qui relicta opinione probabiliori sequatur oppositam, vt omnes Doctores, nullo excepto docent, vt videre est in P. Thoma Sanchez, lib. 7. de matrimonio. Tunc sic, per te Philosophi illi secundum D. Paulum solum probabilis cognitione ducebantur ad cognoscendum Deum, & colendum ipsum, minimæque euidenti cognitione conuincebantur; ergo poterant sequi oppositam opinionem quæ sine dubio probabilis esset; quia quando vna opinio probabilis iudicatur, opposita non potest iudicari euidens, sed solum probabilis; vnde statim ac euidens iudicatur vna, altera ertonea, seu falsa debet iudicari. Itaque quando probabiliter solum iudicamus aliquid oppositum, non possumus erroneum iudicare, quia oppositum probabilitatis taliter conceptum, licet minus probabile iudicetur, non tamen potest erroneum absolute vocari, alias si erroneum sit oppositum illius, quod probabile iudico, non potest sana conscientia sequi; quare si tu asseris posse sequi, oppositam sententiam, illi quæ probabilis est, non poteris dicere esse erroneam, quam sequeris, relicta tutiori, & probabiliori.

19 Patet consequentia, quia per te, relicta opinione probabilis potest sequi opposita: sed illa de cultu Dei, & illa cognitio Dei erat solum per te probabilis, & non euidens secundum mentem S. Pauli: ergo secundum mentem ipsius poterant per te sequi Philosophi opinionem oppositam, negando Deum, & cultum religionis ipsi, præcipue quia secundum principia extrinseca autoritatis tot hominum, tot ciuitatum, & Regnorum poterant accommodare se opinioni illorum, negantium vnum Deum, & occultum ipsius: ergo secundum S. Paulum per te non deberent esse inexcusabiles, sed potius excusari deberent sicut excusaris nunc, quia relicta opinione probabiliori, & tutiori aliorum sequeris minus probabilem, & tutam aliquando propter sola principia extrinseca.

20 Atqui D. Paulus pleno ore vocat in excusabiles: ergo cognitio, cui opponebantur, non solum erat probabilis, sed euidensissima, demonstratiua, & clara in toto rigore, alias tam graui censura non afficerentur à D. Paulo.

21 Vrgetur efficacius, & euidenti; quia D. Paulus in eodem textu eosdem Philosophos qui relicta cognitione Dei per creaturas non cognoscebant illum, ac proinde non colebant ipsum, & negabant Deum, nominat pleno ore insipientes,

stultos, vt patet ex illis verbis; [sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & quadrupedum, &c.] D. Hieronymus explicans illa verba, & obscuratum est insipiens cor eorum, sic ait [recedentes à lumine veritatis.] Quibus consonat id quod Tertulianus lib. 4. in Marcio, cap. 25. his verbis docet [& reos habuit sapientes, atque prudentes ex ipsis operibus tot, ac tantis intelligibilem Deum non requirerentes, vel perperam in illum Philosophantes & ingenia hæreticis subministrantes] & Irenæus lib. 2. cap. 9. idem confirmat ibi [& huius peiores efficiunt eos, qui eis assentiuntur; illi enim creaturæ potius quam creatori seruientes, & his qui non sunt Dei, verum tamen primum Veritatis locum attribuunt fabricatori huius vniuersitatis Deo] capite autem 16. eiusdem libri, sic ait [ipsa autem creatura in qua sumus per ea quæ in conspectum veniunt, hoc ipsum testante vnum esse, qui eam fecerit, & regat, valde hebetes apparebunt; quia ad tam lucidam adaperitionem cæcutiunt oculis & nolunt, videre lumen.] in eandem sententiam scribit etiam Aug. lib. 9. confess. c. 10. & lib. 10. c. 6. itaque D. Paul. stultos hebetes, & insipientes vocat Philosophos, qui non cognoscebant Deum per creaturas, vel quia relicta tali cognitione, dicebant non dari Deum: ergo D. Paulus euidenter docet esse talem cognitionem & toto rigore, ac proprietate, scientificam, ac demonstratiuam: patet consequentia, quia hic, qui se opponit cognitioni solum probabilis negando id, quod per opinionem probabilem duntaxat affirmatur, nullo modo potest prudenter stultus, hebes, aut insipiens vocari; vnde si aliquis homo doctus, te insipientem, & stultum vocaret, quia te opponeres opinioni probabilis duntaxat eius, affirmando oppositum illius, sine dubio à te nominaretur imprudens; & occasionem tibi iure quidem optimo tribueret acriter in ipsum inuehendi; è contra à vero, quando aliquis te opponit euidenti, scientificæ, ac demonstratiuæ cognitioni, affirmando oppositum illius, iure optimo, maximaque ratione stultus, insipiens, & hebes nominatur, eo quod, qui negat euidentiā incidit in errorem, & qui negat scientiam, incidit in insipientiam, & in stultitiam, sed Diuus Paulus insipientia, stultitia, & ignorantia tenebris involutos vocat, quia se opponebant cognitioni diuinæ essentia habitæ per creaturas, ipsosque in multos ac magnos errorum scopulos miserandum in modum impulsit per suam cæcitatem, ita vt veluti ad cautes allisi naufragium fecerint, dum sapientiam inaniter iactantes, suam inscitiam prodiderunt: Vnde D. Chrysost. homilia. 9. ad Populum Antioch. prope finem, vbi locum D. Pauli explicuerat, vt Dei clariorem lucem offundat, quasi Paulum loquentem introducit his verbis: [quis igitur tam miser, & arumnosus, qui cælum quidem cernens, cernens vero mare, & terram, cernens horarum temperiem, tam diligenter moderatam, & in concursu diei, & noctis ordinem hæc sponte fieri putet, nec adoret eum qui hæc omnia cum sapientia congrua disponit? habeo quod dicam, & his maius; non enim magnitudo tantum, & pulchritudo, sed & ipse creationis modus omnium moderatorem demonstrat; quoniam enim condenti & creati omnia ab initio non aderamur, neque si adfuissimus, quomodo sicbant scire poteramus in-

22

mentem Pauli loquentibus manifeste colligitur
opponentes se cognitioni diuinæ per creaturas,
aut in quibus non datur scientia vci per ipsas
esse ignorantēs, insipientes & stultos: Ergo tali-
ter se opponere, ignorantia, error, & insipientia
est, ac proinde opposita cognitio non solum pro-
babilis, sed euidens, scientifica, & in toto rigore
demonstratiua est secundum mentē D. Pauli, quod
expresse docuit D. Th. 1. p. q. 2. ar. 1. in §. sed contra.
His verbis, [sed contra est quod Apostolus dicit
ad Rom. 1. inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt
intellecta conspiciuntur; sed hoc non esset, nisi
per ea, quæ facta sunt, posset demonstrari Deum
esse, primum enim quod oportet intelligi de ali-
quo est an sit: sic D. Thom. quibus verbis aperte
demonstrat nostram veritatem contineri in
verbis Pauli, nec mirum quia Apostolus tot verba
repliat, & congerit, quæ claram cognitionem
significant vt non possint conuenienter coarctari
ad significationem, quam aduersarij volunt; nam
notum, manifestauit, conspiciuntur &c. quid de-
notant; nisi euidenter, & aperte nostram senten-
tiam, vnde D. Filastrius [Paulus (inquit) omnibus
euentiam, & claritatem continentibus verbis
Deum ex creaturis cognosci posse prædicat &
Beda tract. 2. in Ioan. vbi varia loca ex diuo Augu-
stino refert hæc verba in lucem edit [Deus potest
inueniri per creaturam euidenter, dicente Apo-
stolo inuisibilia enim ipsius, &c.] idem egregie his
aureis verbis docet D. Augustinus lib. 10. Confess.
cap. 6. [Quid autem amo eum te amo? Non spe-
ciem corporis, nec decus temporis, nec candore
lucis; ecce istis amicum oculis, non dulces
melodias suauium cantilenarum omnimodarum,
non florum, & vnguentorum, & aromatum
suauolentiam, non manna, & mella, non mem-
bra acceptatoria carnis amplexibus. Non hæc
amo cum amo Deum meum, & tamen amo quan-
dam lucem, & quandam vocem, & quandam
odorem, & quandam cibum, & quandam ample-
xum cum amo Deum meum, lucem, vocem, odo-
rem, cibum, amplexum interioris hominis mei; vbi
fulget animæ meæ quod non capit locus, & vbi
sonat quod non rapit tempus, & vbi olet quod
non spargit flatus, & vbi sapit quod non minuit
edacitas, & vbi hæret quod non diuellit faties.
Hoc est quod amo cum Deum meum amo. Et
quid est hoc? interrogavi terram, & dixit:
sum, & quæcunque in eadem sunt idem confessa
sunt; interrogavi mare, & abyssos, & reptilia ani-
marum viuarum & responderunt: Non sumus
Deus tuus, quære super nos; interrogavi auras
stabiles, & inquit vniuersæ aër cum incolis suis:
Fallitur Anaximenes, non sum Deus tuus. Inter-
rogavi cælum, Solem, Lunam, stellas, & que-
re super Deum, quem quæris, inquit; & dixi
non sumus Deus quem quæris, species eorum, & di-
mea, & responsio eorum, & interrogatio mea, in-
terrogavi me ad me, & dixi mihi: Tu quis es? & re-
pondi, homo; & ecce corpus, & anima in
mihi præsto sunt, vnum exterius, & alterum inte-
rius. Quid horum est vnde quæreere debui Deum
meum, quem iam quæsiueram per corpus à terra
vsque ad cælum, quousque potui mittere nuntios
radios oculorum meorum; sed melius quod inte-
rioris est: Ei quippe renunciabam omnes nunci-
j corporales præstanti, & iudicanti de angulis
in responsionibus cæli & terræ, & omnium quæ in
cælis sunt, dicentium: Non sumus Deus, sed ipse
finit

fecit nos : homo interior cognouit hæc per exterioris ministerium, ego interior cognoui hæc. Ego ego animus per sensus corporis mei : interrogavi mundi molem de Deo meo, & respondit mihi: Non ego sum, sed ipse me fecit. Nonne omnibus quibus integer sensus est, apparet hæc species? Cut non omnibus eadem loquitur? Animalia pusilla, & magna vident eam, sed interrogare nequeunt. Non enim proposita est in eis nuntiandis sensibus iudex ratio. Homines autem possunt interrogare vt inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciantur. Sed amor subdit eis, & subditi iudicare non possunt. Nec respondent ista interrogantibus nisi iudicantibus, nec vocem suam mutant, id est speciem suam; si alius tantum videat, alius autem videns interroget, vt aliter illi appareat, aliter huic: sed eodem modo vtrique apparens, illi mutata est, loquitur: imo vero omnibus loquitur, sed illi intelligunt qui eius vocem acceptam foris intus cum veritate conferunt. Veritas enim dicit mihi: Non est deus tuus cælum, & terra, neque omne corpus, hoc dicit eorum natura. Vide, en moles minor est in parte, quam in toto. Iam tu melior es, dico tibi anima, quoniam tu vegetas molem corporis tui, præbens ei vitam, quod nullum corpus præstat corpori, Deum autem tuus etiam tibi vita est.] Quid clarius, & euidenti; vnde omnes Patres Doctores Ecclesiæ nostram veritatem amplectuntur; denique eodem modo sentiunt scholastici Sanctus Thomas, cum suis Thomistis Caiet. Ferrar. Capre. & alij moderni idem docent Alensis, 1. part. quaest. 2. Albert. in sum. part. 1. quaest. 17. Enriquez in sum. art. 22. quaest. 4. Marfil. quaest. 5. art. 1. Scot. Richard. & alij in 1. d. 2. & 3. qui fere omnes fundantur in verbis Pauli, de quibus etiam videri possunt ibi Toletus, & Pereira, qui constantissime hanc intelligentiā confirmant.

24 Confirmatur, nam rogo ab aduersariis quibus aliis verbis vti sacrae litteræ debent præter has quibus vtuntur si nostram sententiam tradere diserte, & clare sine explicatione vellent, nam quæ ratione verba quibus vtuntur ad minus propriam significationem detorquentur, detorqueri etiam possent quæcumque alia, quibus nostram sententiam explicarent, nam si cum hominem in scriptura lego, hominem intelligo; quoties materia non obstat, sed potius iuuat, cur in citatis locis euidentiā non intelligam? cum verba euidentiā sonent, nec materia repugnet, sed adiuvet vt proprietates verborum retineatur, alias nihil haberemus certum in tota scriptura.

25 Atque ex his patet non obstat adductas explicationes ab aduersariis, nam si Canon ille interpretandi scripturam ab August. traditus, & in Concil. Toletano vndecimo, & in Arausicano, maxime celebratus, & ab omnibus catholicis Doctoribus receptus [semper nimirum verborum proprietatem retinendam esse nisi auctoritas Doctorum, & ratio aliqua euidens fieri aliter cogat] vbique locum habere debet, hicque nihil impedit citata scripturæ verba in sensu proprio, qui sonat euidentiā sumi, quid est cur ad extortas & præposteras expositiones confugiendum sit, etenim non est satis vt à germano verborum sensu recedamus esse alia scripturæ loca, in quibus eadem verba pro cognitione in euidenti accipiuntur: in illis enim materia de qua sermo est, palam coniungit euidentiā cognitionem vbi per ea non significari, cum tamen hic materia potius iuuat quando re vera ita est vt possit ex creaturis euidenter colligi esse Deum.

Accedit quod si quia in locis aliquibus scripturæ aliqua vox variè vsurpatur & translatio in aliquibus, ideo in omnibus proprie accipienda sequitur nihil fere in propria verborum significatione dici, aut non posse certo constare nobis, quando per metaphoram accipienda sit vox, quæ ratione magna quædam aperitur ianua ad quoslibet errores asserendos, ac præcluditur ad repellendos illos, scripturæ testimoniis, cum hæc possint per metaphoram explicari, atque ita eorum vis eludi, exemplum sit, negat quis formatam mulierem ex Adæ costâ, educitur scripturæ testimonium, vt conuincatur, responderet metaphorice accipi debere eo loco scripturæ verba, quod eadem in aliis translationibus vsurpentur. Quod superest remedium? nisi ad materiam de qua ibi est sermo confugere, ostendereque nihil esse, quod ad recedendum à proprio verborum sensu cogat, ideoque illi standum esse: idem ergo erit in proposito, quo pacto intelligunt etiam Doctores Ecclesiæ vt iam supra vidimus.

27 Sed rogas an censura, qua Diuus Thom. & alij Patres dignam esse dicunt opinionem sustinentem demonstrari non posse Deum esse, tribui etiam debeat asserenti ex diuinis litteris non colligi demonstrari posse Deum esse.

28 Responde vt sub opinione positum est, notari ne censura debeat sententia negans demonstrari posse Deum esse an non? ita sub opinione cadere sitne censura dignus, an non? Negans ex diuina pagina posse colligi demonstrari posse Deum esse, qui namque ex illa colligi posse ait, imo & colligi si consequenter opinaturus est, dicere quoque debet censura dignum esse negantem colligi ex sacris litteris esse demonstrabile Deum esse, quia negat tradi à sacris litteris, quod reuera ille tradunt, vt enim censura dignus esset, qui vel concederet Christum esse hominem, negaret tamen id constare ex sacris litteris, quia negaret quod ipsæ aiunt; ita in proposito, nam propter quod vnumquodque tale, & illud magis, si enim negans demonstrari posse Deum esse, ideo censura dignus est, quia oppositum habetur ex sacris litteris, quanto magis dignus ille censura erit, qui negat id litteras diuinas tradere, quod reuera tradunt; atque hoc tam certum est, vt si cæcus esset, nullus hæreseos damnari vquam posset, qui enim fidei dogma contentum in sacris litteris negat, ideo negat quia negat tradi à diuinis litteris: ergo prius ratione saltē est negare haberi ex sacra scriptura, quam rem ipsam negare, negans vero in sacris litteris contineri quod reuera continetur, si censura dignus non est, nec rem ipsam negans dignus censura erit; cur enim aut qua de causa cum nihil asserat contra scripturam si contra illam non est negare eam ita docere: non ergo censura erit dignus, ac est: ergo.

29 Accedit hinc fieri vt res firmas, & statas de quibus ex scriptura nobis constet aut posse à nobis impune conuelli, aut in dubium vocari, aut certitudinis gradu quo illæ necessario habendæ sunt omnino de medio tolli, quo sublato nutaturnum illarum assensum quis non videat.

SVSECTIO III.

Obiectio ex D. Paulo ponitur & dissoluitur.

30 Erte illud hoc loco difficultatem asserit, vt inquit Pereira, quod hæc sententia Pauli de Philosophis, qui verum Deum cognoscere debuerunt,